



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Canutus Rex M. Imitatio Dominicæ Passionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)





**S. CANUTUS REX M.**

*Imitatio Dominicae Passionis.*

Deus qui B. Canutum Regem martyrii  
palma & gloriosis miraculis decorare  
dignatus es: da ut sicut ille Dominicae  
passionis imitator fuit, ita nos per  
ejus vestigia gradientes, ad gaudia sem-  
piterna pervenire mereamur.

*Ora pro Septentrionalium reductione,*





XIX JANUARIII.

CANVTVS, Daniæ Rex, eximio pro  
 movendæ per Septentrionalia regna fidei  
 dei Christianæ excellens ardore; laudatus  
 à liberalitate erga ecclesias, severitate in  
 suum corpus, eleemosynarum largitate, &  
 assiduitate precum. Is contra Willelmum  
 Normannum, Anglici regni inuasorem  
 instructam cum exercitu classem Olao fra-  
 tri commendarat: sed hic, credita sibi au-  
 ma convertens in Regem, in partes sua-  
 traxit populum, jam ante commotum, eo  
 quod Canutus Decimas solvendas, Legge  
 Ecclesiæ servandas, transgressores punien-  
 dos sanxisset. Conspiratione intellecta, ad  
 S. Albani ecclesiam pius Rex accessit; ubi  
 saxi telisque petitus, dein lancea confos-  
 sus, coram altari occubuit justitiæ victi-  
 ma, 1080 die 10 Junii: sed 19 Januarii co-  
 lendum Clemens X decrevit.

*Christus passus est pro nobis, vobis relin-  
 quens exemplum, ut sequamini vestigia ejus*  
 1 Pet. 2.